

uina cooperante gratia / iam ipsa vitia imperio rati-  
onis subegit: induitus quodammodo naturali affectu  
boni et dulciter in eis delectans et requiescens. Nec  
nō est transitoria: sed quodammodo medullis anime  
infusa / et q̄ habitus virtutum in anima radicata: sem-  
per prompta / ad dei beneplacita adimplenda / siue ad  
quelibet agenda siue sufferenda: si hoc sit cum dulci  
affectione et delectatione. **I**psa est vera deuotio et  
voluntatis continua et permanens qualitas: penes quam  
amor debet estimari. **Q**uantum vitia extinguis: q̄z  
tum in virtutibus proficias: tantum in hac deuotioē  
nisi a deo tibi dispensatorie subtrahatur.

**O** Be tribus necessarijs his q̄ volunt legiti-  
me cōtra vitia p̄liari: vici strenuitate: seue  
ritate et benignitate. **C**apitulū. I.

**T**ac̄z noli te ipsum decipere: noli putare q̄  
poteris ascēdere nisi vitia studueris extirpa-  
re. **Q**uia aut̄ non inuenis in te bonum. id est  
in carne tua: sed ipsa vitia in te castrametata sunt cō-  
tra te incōcupiscibili et irascibili et sola voluntas tua  
tecum est. **N**am velle adiacet tibi: ideo ipam voluntā-  
tem necesse est armari cōtra omnia huiusmodi gene-  
ra vitiorum. **O**portet aut̄ q̄ sit armata a dextris et a  
sinistris. **S**unt igitur hec eius arma: strenuitas: seue-  
ritas: benignitas. **D**iffinitur aut̄ strenuitas secūdum  
bonauēturam: quidam vigor animi excutiens om-  
nem negligentiā et disponens animam ad faciendū  
opera bona: vigilanter / cōfidenter et eleganter. **S**e  
ueritas est quidā vigor animi restringens omnez cō-  
cupiscētiā et habilitans animā ac seruentez reddens

ea ad amore asperitas paupertas et vilitas. Benignitas autem est quodam dulcor animi excludens oem nequitia et habilitas anima ad benivolentiam: tolerantiam et internam leticiam. Nec tria sunt tibi arma/ ut scz sis strenuus abuendo negligenter et ad opus etiam durum et arduum strenuus ad incipiendum. Sis deinde seuerus/ ut cum iam pugnare contra vitia arripueris et eorum fortitudinem i te per experientiam sentias: quam aliter vix setire potes: noli cedere: noli fugam arripere: sed inceptum viriliter persequere: seuerissime concupiscentias insequere/ usque adinternitionem/ usque dum deficiant. Sis tertio benignus ut cum frequenter vulnera suscipis et sepe deuiceris: noli cadere in animi perturbationem: in malaz tristiciam: in dejectionem: in desperationem. Nec tria arma si habueris non sit tibi cura quod paucis sit numerus tuorum contra tot cateruas vitorum. Celo enim est victoria: et eque difficile est domino vincere in multis et in paucis. Attende Jonathan filium Saulis cum suo amigero dumtaxat plurimos occidente. Judam machabeum Jonathan et Simonem fratres. Gedeonem aliosque plures milites strenuos non in se: sed in domino sperantes cum paucis multos occidentes.

**Q**uod in spu'alib' exercitijs proficieti sit expediens vel necessariu habere ductorem viru spiritualem. **Capi. l.**

**S**ed quod ut audisti circa promissas ascensiones sunt vie multe et inter ipsas ea quod dicit ad vitam difficult agnoscit: noli sine ductore ascendere: noli sine doctore incedere quod et viam nouerit/ et astutias hominum non ignorat. Solet deus hominem per homines